



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313757>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



3.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus,**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PAULUS PETRUS JULIUS CROMBET,  
*Diononiae Moriorum natus.*

**Ad. D. XXV m. Septembris, a. MDCCCLIV, Hora II.**



TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD W. MAARSCHALKERWEERD.

M D C C C L I V.



---

## T H E S S.

---

### I.

Ex communi Romanorum Jureconsultorum doctrina,  
jus naturale idem prorsus est ac jus gentium.

### II.

Obligationes ad res referri debent.

### III.

Testamentum contra praecepta Nov. 115 factum , ipso  
jure , nullum est.

### IV.

Ex Nov. 118 , filius a patre adscendentis in adoptionem  
datus iisdem in successione paterna gaudet juribus ,  
ac si nunquam ex patris potestate exiisset.

## V.

Conditio peregrinorum , quoad personarum statum , ex suis ipsorum legibus , non vero ex nostris institutis dijudicanda est.

## VI.

Uxor civitatem eo ipso non amittit , quod ejus maritus peregrinus sit factus .

## VII.

Domicilii electio non transit ad heredes .

## VIII.

Luceri damnique inter virum et uxorem communioni a parte uxoris renuntiari nequit .

## IX.

Graviores refectiones domino ita non incumbunt , ut ad eas ab usufructuario compelli possit .

## X.

Lex d. 5 m. Septembris a. 1807 de usurarum modo etiam nunc apud nos valet .

## XI.

In societate mercatoria , foro cessionis decretum de

societate ipsa, non vero de singulis ejusdem sociis pronuntiandum est.

## XII.

Ante forocessionis decretum, nemo, ut decoctor, condemnari potest.

## XIII.

In puniendis criminibus, praecipua finis esse debet, ut publicae consulatur securitati. Delinquentum vero emendatio eatenus respici debet, quatenus priori fini non noceatur.

## XIV.

Poena mortis improbanda non est, quum ex natura delicti infligitur.

## XV.

Constitutio Carolina nunquam vim legis habuit apud nosstrates.

## XVI.

In praevia criminum inquisitione, non bene juramentum omittitur.

## XVII.

Sententia eorum, qui summam potestatem penes po-

pulum esse asserunt, quum per se falsissima est ac perniciosissima, tum, nullo modo, cum nostra Fundamentalis Lege conciliari potest.

### XVIII.

Merito, art. 170 Legis Fundamentalis, illud impedimentum, quod *placetum regium* vocant, prorsus sublatum fuit.

### XIX.

Ex lege d. 28 m. Julii a. 1850, sieri potest ut quis civis sit, ratione juris publici, qui, ratione juris privati, peregrinus est habendus.

### XX.

Illa theoria, quae *Europae Aequilibrium* audit, potius ad artem politicam quam ad jus gentium pertinere videtur.